



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

XVI. Indulgentia pro Ecclesiis Sancti Philippi Benitii Ordinis Servorum, tám
Fratum, quàm Monialium in die festo ejusdem Sancti Philippi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO

Appendix. CLEMENS DECIMUS.

17 ANNO
1672.

1672.

Deputatio
novorum Of-
ficialium.Substitutio
aliorum in
casu mortis.

oneribus solitis, & consuetis auctoritate, & te-
nore praefatis constituimus, & deputamus; Ac
illis secundo loco in casu mortis dilectos pari-
ter filios Bernardinum à Purificatione in Mini-
strum Provinciale, & Stephanum à Regibus
in Custodem, ac Joannem à Luce, & Danielem
à Sancto Francisco ejusdem Ordinis professores
in Definidores Provinciae hujusmodi respectivè
substituimus, & subrogamus.

§. 7. Volentes, ut Minister Provincialis, ac
Custos, & Definidores sic à Nobis deputati, five
substituti respectivè una cum Commissario per
memoratum Franciscum Mariam Ministrum Ge-
neralem ad Provinciam præfata, pro illius re-
formatione destinando electioni facienda novorum
Guardianorum, juxta Statuta Ordinis, &
exigentiam Provinciae hujusmodi adstant.

§. 8. Demum eidem Commissario sic desti-
nando præsentes litteras executioni mandandi,
ac demandari faciendi, nec non contradictores
quolibet, & rebelles, per Sententias, censu-
ras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna-
juris, & facti remedia, appellatione postposita
ta compescendi, auxiliumque brachii secularis
ad hoc, si opus fuerit, invocandi quamcumque
necessarian, & opportunam facultatem eadem
auctoritate harum serie tribuimus, & impar-
timur.

§. 9. Mandantes propterea in virtute sanctæ
Obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliis-
que arbitrii Nostræ penitus omnibus, & singulis,
Provinciae præfatae Superioribus, Fratribus, &
personis, ceterisque ad quos spectat, & spe-
cabit in futurum, ut supra nominatos Fratres
ad officia eis respectivè per præsentes demanda-
ta, illorumque liberum exercitium, juxta ea-
rumdem tenorem præsentium recipient, & ad-
mittant, eosque recognoscant, & illis in om-
nibus officiis hujusmodi concernentibus pareant,
& obedient, faveantque & assistant respectivè.

§. 10. Ac decernentes ipsas præsentes Litteras
firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suoque plenarios, & integros effectus sortiri, &
obtinere, ac illis ad quos spectat, & specabit
in futurum in omnibus, & per omnia plenissimè
suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter ob-
servari.

§. 11. Sice in præmissis per quoscumque Ju-
dices ordinarios, & delegatos eriam causarum
Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri
debet, ac irritum, & inane, si securus super
his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus
præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, &
Provinciae, aliis quebusvis etiam juramento,
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate
alia roboratis statutis, & consuetudinibus, pri-
vilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolici-
is in contrarium præmissorum quomodolibet
concessis, confirmatis & innovatis.

§. 12. Quibus omnibus, & singulis illorum
tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter
expresis, ac de verbo ad verbum insertis haben-
tes illis alias in suo robore permanuris ad præ-
missorum effectum hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, ceterisque contrariais
quibulcumque.

§. 13. Volumus autem, ut illi quos à censu-
ris, propter præmissa incurvis, ut præfertur ab-
solvimus, pñtentiam, quam eis Sacerdos idoneus,
propter eadem præmissa injunxit, omniò adimpleant, alioquin præsentes littera
quoad absolutionem hujusmodi eis in foro con-
scientie, minime suffragentur.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris, die 18. Maii 1672. Pontifica-
tus Nostri anno Tertio.

Appendix ad Tom. VI. Bullar. Roman.

XVI.

Indulgentia pro Ecclesiis Sancti Philippi Beni-
tii Ordinis Servorum, tam Fratrum, quam
Monialium in die festo ejusdem Sancti Phi-
lippi.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Chri-
sti, qui gloriosos saluberrimorum, quæ
Nobis reliquit, exemplorum Señatores altis de-
coravit honoribus, & cœlestis beatitudinis con-
fortes effecit, vices, licet immeriti, gerentes
in terris, spiritualium munierum thesauros,
quorum Nobis tradita est dispensatio, libenter
erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam
erga eosdem Beatos cœli incolas Fidelium devo-
tionem salubriter expedire in Domino arbitra-
musr.

§. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem
Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, ad exalta-
tionem Catholice fidei, & Christianæ Religio-
nis incrementum, de Venerabilium Fratrum No-
strorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum,
Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Ur-
be Nostra tunc existentium consilio, Beatum
Philippum dum vixit, Ordinis Fratrum Servorum
B. Mariae Virginis Professorem, & Propagatorem,
auctoritate Nobis à Domino tradita, Sanctum
eis decreverimus & definitiverimus.

§. 2. Hinc est, quod Nos, ad augendam Fi-
delium religionem, & animarum salutem, cœ-
lestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti,
& de Omnipotenti Dei misericordia, & Beato-
rum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate
confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus
Christi Fidelibus verè pñtentibus, & confessis,
ac sacra communione refectis, qui aliquam ex
Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium dñti
Ordinis haec tenus erexit, & in posterum quando-
cumque erigendis, & ubique locorum exi-
stentibus, die 23. Auguisti festum ejusdem San-
cti Philippi Beniti, à primis Vesperis usque ad
occultum solis festi hujusmodi, singulis annis de-
votè visitaverint, & ibi pro Christianorum Prin-
cipium concordia, hæresum extirpatione, ac sancta
Matris Ecclesiæ exaltatione, piis ad Deum
preces effuderint, plenariam omnium peccato-
rum suorum indugentiam, & remissionem mis-
ericorditer in Domino concedimus. Praesentibus
perpetuis futuris temporibus valuturis.

§. 3. Volumus autem, ut ipsarum præ-
sentium Literarum transumptis, manu Notarii
publici subscriptis, & sigillo personæ in Ec-
clesiastica dignitate constituta munitis eadem prou-
fides in judicio, vel extra illud ubique lo-
corum habeatur, quæ haberetur ipsis præsen-
tibus si fore exhibet, vel ostendat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die 4. Julii 1672.
Pontificatus Nostri anno Tertio.

Exordium.

Indulgentia
pro Ecclesiis
ejusdem
Ord.

Perpetuis
futuris tem-
poribus.

Breve exemptionis nonnullorum Familiarium suo-
rum à gabellis, & aliis impositionibus, & fa-
cultatis testandi pro iisdem.

CLEMENS PAPA X.

Venerabili fratri Alessandro Crescentino Pa-
triarchæ Alexandrinensi, Cubiculi Nostri Prä-
fecto, ac dilectis Filii Magistris Joanni Gualte-
rio Slusio Leodiensi, Secretario Brevium Nostro-
rum Secretorum, & Prospero Bottinio Lucanensi,
in utraque Signatura Nostra Referendariis, Au-

Nomina fa-
miliarium.

XVII.